Seckau (?), 2. Hälfte 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quia ipse e qui constitutus e ad iudicandum vivos et mortuos. Nunc omnis spiritus testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius. omnis qui credit in eum.

GR. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. V. Dicat nunc israel quia bonus quia in seculum misericordia eius. Alla. V. Angelus domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum. V. Erunt autem angelus dixit mulieribus que quaerebant iesum nazarenum.

Agnum paschalem eximio pro salute pecorum. Sequentia. Mortibus sinceris piteant omnes se christiane dare. Pro quibus se deo hostiam obtulit ipse summus pontifex. Quas fortis imposita e modum ei illata sacro sanguine et tuta aclade amputata. Quas crudeles hostes innumeri subiecti sunt obtriti. Reges profugant ad predicandum. Pedes tuentur adusus vipeas. Baculosque spiritales pertinaciter gregis manu tenentes. Et paschalem iesum mereantur sequi quo debatur victor redire. Et redimimus mundo ornatus. Ro profugis fideles animos. Post mortem melius cum eo victuros. S. Luca.

Illo tempore duo ex discipulis ibant ipsa die in castellum

qd erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus que acciderunt. Et factum est dum fabularentur et secum quererent. et ipse ihs appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sermones quos iactatis ad invicem ambulantes et estis tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas. dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem. et non cognovisti que facta sunt in illis diebus. Quibus ille dixit. Que. Et dixerunt. De ihu nazareno. qui fuit vir prophetam potens opere et sermone. coram deo et omni populo. et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis et crucifixerunt eum. Nos autem speravimus. quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie. qd hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos. que ante lucem fuerunt ad monumentum. et non invento corpore eius venerunt dicentes se etiam visi

105